APPENDIX

TO THE

CASE of ELIZABETH,

(Claiming to the Title and Dignity of)

COUNTESS of SUTHERLAND.

PROOFS referred to in the CASE.

Numb. I.

Indenture 10 *Calend.* October 1275, *between* Archibald *Biſhop of* Caithneſs *and* William *Earl of* Sutherland.

OMNIBUS ſancte matris eccleſie filijs hoc ſcriptum viſuris vel audituris Archibaldus miſeratione divina epiſcopus Cathanie ſalutem eternam in domino. Cum diutina controverſia quondam exorta fuit inter venerabiles patres predeceſſores noſtros Gilbertum Willielmum et Walterum bone memorie epiſcopos Cathanie nomine dicte eccleſie ex una parte *et nobiles viros Willielmum claræ memoriæ et Willielmum ejus filium Comites Sutherlandiæ* ſuper caſtro de Schythebolle cum quibuſdam aliis terris videlicet ſex davatis de Schythebolle et ſex davatis de Sytterhaw cum paſſagio et duabus davatis terre cum dimidia de Miggewet Swerdiſdale Creych cum piſcaria de le Bunnach de Cuttheldawach de duabus davatis de Monimore de duabus davatis de Awrlec de tribus davatis de Promſy de una davata de Rowcherchar de tribus quarterijs de Haſkeldale de dimidia davata de Hacchencoſſy de tribus davatis de Thorebolle de duabus davatis de Kynalde et de quatuor davatis de Largge in quibus terris et caſtelo dicti predeceſſores noſtri nomine eccleſie Cathanie jus ſibi vendicabant a predictis Comitibus et dicta controverſia in non modicum diſpendium eccleſie Cathanie et graves ſumptus dictorum Comitum diu fuit agitata et preterlata uſque ad tempus noſtrum et Willielmi filij predicti Comitis clare memorie tandem viri fideles et pacis relatores prelati eccleſiarum nobiles viri Comites et Barones et alij quamplures fidedigni preſſuris et anguſtijs eccleſie Cathanie et laboribus et expenſis predictorum Comitum compatientes zelo charitatis inſtincti partes ſuas diligenter interpoſuerunt ut pacem et unitatem inter eccleſiam Cathanie nos et ſucceſſores noſtros et predictum nobilem Willielmum Comitem et ejus hæredes ordinarent et in perpetuum ſtabilirent tandem poſt multas ordinaciones et perlocutiones dictus Comes conſilio dictorum prelatorum procerum et aliorum fide dignorum inclinatus mera voluntate ſua et ſpontanea conceſſit eccleſie Cathanie nobis et ſucceſſoribus noſtris caſtrum de Schythebolle cum ſex davatis terre adjacentibus et ſex davatis terre de Sytheraw cum paſſagio et duabus davatis cum dimidia de Miggeweth Swerdal et de Creych cum piſcatura de le Bunnach et duabus davatis de Monimor cum eorum pertinentiis tenendas et habendas et in perpetuum pacifice poſſidendas eccleſiæ Cathaniæ nobis et ſucceſſoribus noſtris ſalvo forinſeco ſervicio Domini Regis ſine aliqua controverſia de cetero motura ab ipſo Comite vel hæredibus ſuis: reſidue vero terre, viz. due davate de Awrlech tres davate de Promſy una davata de Rutherhard tres quarterie de Halkeſdale dimidia davata de Halhencoſſe tres davate de Thorebol due davate de Kynalde quatuor davate de Largge et una davata de Cutthildawach de mera voluntate noſtra et conſenſu capituli noſtri reſidebunt penes predictum Comitem et hæredes ſuos in perpetuum plenarie hereditarie et pacifice ſine contradictione vel inquietatione moturis a nobis vel ſucceſſoribus noſtris. Ad hoc vero ut eccleſie noſtre nobis et ſucceſſoribus noſtris ſecurius eſſet proviſum et ut plenariam poſſeſſionem dictarum terrarum eccleſie noſtre nobis et ſucceſſoribus noſtris a dicto Comite conceſſarum poterimus nanciſſi et pro utilitate et commodo nobis et ſucceſſoribus noſtris a dicto Comite collatis de voluntate et conſenſu capituli noſtri dedimus et conceſſimus predicto Comiti et heredibus ſuis unam davatam de Ownes valentem dimidio marce et quod dictus Comes et ſui hæredes poſſint nobis et ſucceſſoribus noſtris qui pro tempore fuerint unum capellanum preſentare qui in perpetuum celebrabit in eccleſia de Durnach ad Altare Sancti Jacobi pro animabus dicti Comitis predeceſſorum et ſucceſſorum ſuorum quemquidem capellanum nos et ſucceſſores noſtri ad preſentationem predicti Comitis et heredum ſuorum admittemus et dicto capellano ad ejus ſuſtentationem quinq. marcas annuas de bonis epiſcopalibus videlicet de finis noſtris de villa noſtra de Durnach per manus Ballivorum noſtrorum qui pro tempore fuerint et ſucceſſorum noſtrorum ad duos anni terminos viz. ad feſtum Sancti Martini in hyeme duas marcas cum dimidia et duas marcas cum dimidia ad Pentecoſtes in perpetuum adminiſtrabimus promiſimus et de voluntate et conſenſu capituli noſtri pro nobis et ſucceſſoribus noſtris quod nos providebimus faciemus predicto Comiti et ejus heredibus omnem ſecuritatem ad iſtas ordinationem conceſſiones in perpetuum inviolabiliter obſervandas quum ipſe et conſilium ſuum velint et poterint de jure ordinare vel petere et ad iſtam ordinationem ſeu compoſitionem inviolabiliter in purpetuum obſervandam in omnibus et per omnia prout ſuperius ſcriptum eſt tam nos pro nobis et ſucceſſoribus noſtris tam Decanus Archidiaconus Precentor et Cancellarius pro ſe et Capitulo Cathanie Comes pro ſe et heredibus ſuis fidem dedimus corporalem. In cujus rei teſtimonium et ad majorem hujus rei ſecuritatem huic ſcripto penes Comitem et ejus heredes reſidenti ſigillum noſtrum una cum communi ſigillo capituli Cathaniæ et ſigillum Decani Archidiaconi Precentoris et Cancellarii Cathanie eſt

 appenſum

appenſum conſimili vero ſcripto penes nos et ſucceſſores noſtros et capitulum noſtri reſidenti ſigillum predicti Comitis una cum ſigillo Domini Willielmi de monte alto Domini Andree de Moravia Domini Alexandri de Moravia et Domini David de Ynverlunan eſt appenſum. Actum in cathedrali eccleſia Cathanie X calendas Octobris anno Chriſto milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto.

Numb. II.

Charter 10 October 1347, *by King* David II. *to* William *Earl of* Sutherland.

DAVID Dei gratia Rex Scotorum omnibus probis hominibus totius terre ſue ſalutem. Sciatis nos conceciſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe dilecto genero noſtro Willielmo Comiti Sutherlandie et Margarete ſponſe ſue ſorori noſtre chariſſime quod ipſi et heredes inter ipſos legittime procreandi habeant teneant et poſſideant de nobis et heredibus noſtris totum Comitatum Sutherlandie in adeo liberam regalitatem in perpetuum cum omnibus et ſingulis libertatibus commoditatibus aſiamentis juſtis pertinentijs et liberis conſuetudinibus que ad liberam regalitatem ſpectare noſcuntur in omnibus et per omnia ſicuti aliqua regalitas per totum regnum noſtrum liberius poſſidetur ab aliquo ſeu tenetur. In cujus rei teſtimonium preſenti carte noſtrum ſigillum noſtrum precipimus apponi teſtibus Roberto Seneſcallo Scotie nepote noſtro Joanne Ranulphi Comite Domino Wallys Anandie et Mannie conſanguineo noſtro patricio de Dunbar Comite Marchie Mauricio Comite de Stratherne et Thoma de Carnoco cancellario noſtro militibus. Apud Lanark decimo die Octobris anno regni noſtri ſeptimo decimo.

Numb. III.

Charter 23*d* October 1371, *by King* David II. *to* William *Earl of* Roſs.

DAVID Dei gratia rex Scotorum. Omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ ſalutem. ſciatis nos dediſſe conceciſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe dilecto conſanguineo noſtro Willielmo Comiti de Roſſe totum comitatum de Roſs et Dominium de Sky ac omnia alia dominia et terras cum pertinen. quæ fuerunt ipſius Comitis ubicunque infra regnum exceptis dominijs illis et terris quæ fuerunt dicti Comitis infra Vicecomitatum de Aberdene de Drumfries et de Wigtoun. Quemquidem comitatum terras et dominia cum pertinen. idem Comes non vi aut metu ductus nec errore lapſus ſed mera et ſpontanea voluntate ſua nobis apud Perth in pleno parliamento noſtro tento ibidem viceſimo tertio die menſis Octobris anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo in preſentia Roberti Seneſcalli Scotiæ Comitis de Stratherne nepotis noſtri Willielmi Comitis de Douglás Georgij Comitis Marchiæ Joannis Seneſcalli Comitis de Carryck Archibaldi de Douglas Roberti de Erſkyn Alexandri de Lyndſay Willielmi de Diſchyngton Militum et aliorum plurium Baronum et Nobilium regni noſtri per ſuas literas patentes et etiam cum fuſto et bacculo per manus procuratorum ſuorum ſufficientem ad hoc commiſſionem haben. ſurſum reddidit pureque et ſimpliciter reſignavit ac totum jus et clameum quæ in dictis comitatu dominijs et terris habuit vel habere potuit in futurum pro ſe et hæredibus ſuis omnino quietum clamavit in perpetuum TENEND ET HABEND *dicto Comiti et hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo legittime procreand quibus deficientibus Waltero de Leſly militi et Euphemiæ ſponſæ ſuæ ac eorum alteri diutius viventi et hæredibus de ipſa Euphemia legitime procreatis ſeu procreandis ita videlicet quod ſi hæres maſculus de ipſa Euphemia non exierit et plures forte de ſe habuerit filias ſenior ſemper filia tam ipſius Euphemiæ quam ſuorum hæredum de ſe exeuntium deficientibus hæredibus maſculis habeat tantum jus et integrum dictum comitatum dominia et terras cum pertinen. exceptis ſupra exceptis ſine diviſione aliquali Et ipſis Waltero et Euphemia ſponſa ſua et hæredibus de ipſa Euphemia legittime procreand fortaſſe deficientibus Joanna junior filia dicti Comitis et hæredes ſui et quando ipſi hæredes femellæ filius ſemper ſenior hæres femella ſine diviſione et participatione aliqua totum et integrum dictum comitatum dominia et terras prædictas cum pertinen. exceptis ſupra exceptis teneat et teneant de nobis et hæredibus noſtris in feodo et hereditate* per omnes rectas metas et diviſas ſuas cum tenandijs ſervitijs libere tenentium et advocationibus eccleſiarum adeo libere et quiete in omnibus et per omnia ſicut dictus Willielmus Comes de Roſs conſanguineus noſter vel aliquis predeceſſorum ſuorum dictum comitatum dominia et terras prædictas cum pertinen. aliquo tempore liberius quietius et honorificentius juſte tenuit ſeu poſſedit; Faciendo inde ſervitia debita et conſueta. In cujus rei teſtimonium &c. Teſtibus etc. apud Perth vigeſimo tertio die Octobris anno regni noſtro quadrageſimo primo.

Numb. IV.

Charter 24th February 1455, *by King* James II. *to* John Sutherland, *Son of* John *Earl of* Sutherland.

JACOBUS Dei gratia Rex Scotorum omnibus probis hominibus totius terre ſue clericis et laicis ſalutem. Sciatis nos dediſſe conceſſiſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe dilecto noſtro Johanni de Sutherland filio dilecti conſanguinii noſtri Johannis Comitis de Sutherland totum et integrim comitatum de Sutherland cum pertinentiis jacen. infra vicecomitatum noſtrum de Invernes qui quidem comitatus cum pertinentiis fuit dicti Johannis patris hereditarie et que idem Johannes non vi aut metu ductus nec errore lapſus ſed ſua mera et ſpontanea voluntate in manus noſtras apud burgum noſtrum de Inverneſs in orto capelle beate Marie dicti burgi perſonaliter ſurſum reddidit pureque et ſimpliciter reſignavit ac totum jus et clameum que in dicto comitatu cum pertinentiis habuit ſeu habere potuit pro ſe et heredibus ſuis omnino quiete clamavit in perepetuum. Tenend. et Habend. totum et integrim predictum comitatum cum pertinentiis dicto Johanni Sutherland filio et heredibus ſuis de nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris in feodo et hereditate in perpetuum per omnes rectas metas ſuas antiquas et diviſas prout jacet in longitudine et latitudine cum tenandiis tenandriis et libere tenentium ſervitiis furca et foſſa ſok ſak thol theme infangand thief outfangand thief ac cum boſcis planis moris marreſiis viis ſemitis aquis ſtagnis rivolis pratis paſcuis et paſturis molendinis multuris et eorum ſequelis aucupationibus venationibus piſcationibus petariis turbariis carbonariis lapide et calce fabrilibus braſinis brueriis et geneſtis cum curiis et earum exitibus herezeldis

zeldis bludewitis et merchetis mulierum ac cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus commoditatibus et aſiamentis ac juſtis pertinen. ſuis quibuſcunque tam non nominatis quam nominatis ad dictum comitatum cum pertinentiis ſpectantibus ſeu juſte ſpectare valentibus quo modo libet in futurum, et adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia ſicut dictus Johannes Comes de Suyerlande aut ſui predeceſſores predictum comitatum cum pertinentiis de nobis aut predeceſſoribus noſtris ante dictam reſignationem nobis indefactam liberius tenuit ſeu poſſedit tenuerunt ſeu poſſederunt. Faciendo inde annuatim dictus Johannes filius et heredes ſui nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris ſervitia de dictis terris debita et conſueta. Reſervato tamen libero tenemento totius dict. Comitatus cum pertinentiis predicto Johanni patri pro toto tempore vite ſue ac etiam reſervat. Margarete ſponſe dicti Johannis patris conjuncta infeodatione ſua duarum villarum nuncupatas Lothis terrarum de Cracock Gulnagonue et dele Uſirglen et rationabili tertia parte ſua totius dict. comitatus pro toto tempore vite ſue cum contigit. Volumus tamen quod non obſtan. noſtris donatione et conceſſione antedict. quod ſi contingat dictum Johannem patrem antedictum ſuum filium decedere quod dicta donatio noſtra non cedat nobis aut noſtris ſucceſſoribus in prejudicium ſive damnum in futurum quantum ad wardam et relevium terras dict. comitatus quin wardam et relevium ipſarum terrarum cum contingit libere percipere et levare valeamus et ſucceſſoribus noſtris valeat in futurum. In cujus rei teſtimonium preſenti carte noſtræ magnum ſigillum noſtrum apponi precipimus teſtibus reverendo in Chriſto patre Georgio Epiſcopo Brechinen dilectis conſanguineis noſtris Willielmo Comite de Errole regni noſtri Conſtabulario Willielmo Domino Keith regni noſtri Mariſcallo Thoma Domino Erſkin Alexandro Domino Montgomery Patricio Domino Glamis et Patricio de Hepburn de Wauchtoune milite apud burgum noſtrum de Invernes viceſimo quarto de menſis Februarii anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto et regni noſtri viceſimo.

NUMB. V.

Charter, 1ſt December 1527, *by King* James V. *to* Alexander *Son and Heir of* Elizabeth *Counteſs of* Sutherland.

JACOBUS Dei gratia Rex Scotorum omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ clericis et laicis ſalutem. Sciatis nos cum aviſamento theſaurarii noſtri dediſſe conceciſſe hereditarie et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe dilecto conſanguineo noſtro Alexandro Gordun filio et hæredi apparenti conſanguinei noſtri Ade Comitis de Sutherland et Elizabeth Sutherland Comitiſſe de Sutherland ſponſe ſue totum et integrum Comitatum de Sutherland ac omnes et ſingulas terras ejuſdem Comitatus cum caſtro de Dunrobin et cum annexis dependen. tenentibus tenendriis libere tenentium ſervitiis outſettis molendinis piſcationibus tam in aqua ſalſa quam dulci advocationibus et donationibus eccleſiarum et capellaniarum earundem et ſuis pertinen. jacen. infra vicecomitatum noſtrum de Innernys QUI QUIDEM Comitatus et terræ ejuſdem cum pertinen. *fuerunt dicte Elizabeth hereditarie* et quem et quas eadem per fuſtem et baculum et procuratores ſuos ad hoc cum aviſamento et conſenſu predicti Adæ Comitis de Sutherland ſponſi ſui legitime conſtitutos et literas ſuas patentes in manibus noſtris apud Edinburgum ſurſum reddidit pureque et ſimpliciter reſignavit ac totum jus et clameum quæ in eiſdem habent ſeu habere poterint pro ſe et hæredibus ſuis omnino quieteclamarint in perpetuum TENENDUM ET HABENDUM totum et integrum predictum Comitatum de Sutherland ac omnes et ſingulas terras ejuſdem cum caſtro predicto et ſuis pertinen. annexis dependentiis tenentibus tenandriis libere tenen. ſerviciis lie outſettis molendinis piſcationibus tam in aqua ſalſa quam dulci advocationibus et donationibus eccleſiarum et capellaniarum earund. et ſuis pertinen. dicto Alexandro Gordoun et heredibus ſuis de nobis et ſucceſſoribus noſtris in feodo et hereditate ac libero comitatu in perpetuum per omnes rectas metas ſuas antiquas et diviſas prout jacent in longitudine et latitudine, &c. Ac cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus commoditatibus proficuis et aſiamentis ac juſtis pertinen. ſuis quibuſcunque tam non nominatis quam nominatis tam ſub terra quam ſupra terram procul et prope ad predictum comitatum et terras ejuſd. cum pertinen. ſpectantibus ſeu juſte ſpectare valentibus quomodo libet in futurum. Adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia ſicut dicta Elizabeth vel predeceſſores ſui Comites de Sutherland dictum comitatum et terras cum pertinen. de nobis vel predeceſſoribus noſtris ante prefatam reſignationem nobis inde factam liberius tenuit en poſſedit tenuerunt ſeu poſſiderunt FACIENDO inde annuatim dict. Alexander *et hæredes ſui* nobis et ſucceſſoribus noſtris jura et ſervicia de predictis comitatu et terris cum pertinen. ante prefatam reſignationem nobis debita et conſueta *reſervato tamen libero tenemento totius dicti Comitatis et omnium terrarum ejuſdem cum annexis dependen. tenentibus tenendriis libere tenentium ſervitiis molendinis piſcationibus le outſetis advocatione et donatione eccleſiarum et capellariarum earund. et ſuis pertinen. dicte Elizabeth Comitiſſe de Sutherland et Adæ Gordon ſponſo ſuo* RATIONE CURIALITATIS SCOTIÆ *et ipſorum alteri diutius viven. pro toto tempore vitæ ſuæ.* In cujus rei teſtimonium huic preſenti carte noſtre magnum ſigillum noſtrum apponi precipimus teſtibus reverendiſſimo reverendiſque in Chriſto patribus Jacobo Sanctiandrio Archiepiſcopo Georgio Epiſcopo Dunkelden. Gavino Epiſcopo Aberdonen. noſtrorum rotulorum regiſtri, &c. Apud Edinburgh primo die menſis Decembris anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo et regni noſtri decimo quinto.

NUMB. VI.

Charter, 6th Auguſt 1546, *by Queen* Mary *to* John *Earl of* Sutherland.

MARIA Dei gratia Regina Scotorum omnibus probis hominibus totius terræ ſue clericis et laicis ſalutem. Sciatis nos cum aviſamento conſenſu et auctoritate Chariſſimi conſanguinei et tutoris noſtri Jacobi Arraniæ Comitis Domini Hamilton regni noſtri protectoris et gubernatoris dediſſe conceſſiſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe hæreditarie dilectis noſtris conſanguineo Johanni Comiti de Sutherland et Domine Elizabeth Campbell Comitiſſæ de Murray ſue ſponſe ac eorum alteri diutius viven. in conjuncta infeodatione et hæredibus ſuis ſubſcriptis omnes et ſingulas terras comitatus de Sutherland cum turre et fortilicio de Dunrobin tenentibus tenandriis et libere tenen. ſervitiis piſcariis tam in aquis recentibus quam ſalſis partibus pendiculis lie outſetis advocatione donatione et jurepatronatus eccleſiarum beneficiorum et capellaniarum dict. comitatus ac omnibus ſuis pertinen. jacen. infra vicecomitatum noſtrum de Inverneſs quæquidem terræ et comitatus cum turre et fortilicio

tilicio de Dunrobin tenentibus tenandriis libere tenen. ſervitiis piſcariis tam in aquis recentibus quam ſalſis partibus pendiculis lie outſetis advocatione donatione et jurepatronatus eccleſiarum beneficiorum et capellaniarum dict. comitatus ac omnibus ſuis pertinen. fuerunt dicti Johannis Comitis de Sutherland perprius hereditarie et quas idem per fuſtem et baculum et procuratores ſuos ad hoc legitime conſtitutos et literas ſuas paten. in manibus dicti noſtri gubernatoris tanquam in manibus noſtris noſtram poteſtatem et auctoritatem virtute ſui officii tutorie reſignationes terrarum de nobis immediate tent. recipiend. habentis apud Edinburgh ſurſum reddidit pureque et ſimpliciter reſignavit ac totum jus et clameum que in eiſd. habuit ſeu habere potuit pro ſe et heredibus ſuis omnino quiete clamavit imperpetuum tenend. et habend. omnes et ſingulas prenominatas terras comitatus de Sutherland cum turre et fortilicio de Dunrobin tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis piſcariis tam in aquis recentibus quam ſalſis partibus pendiculis lie outſetis advocatione donatione et jurepatronatus eccleſiarum beneficiorum et capellaniarum dicti comitatus ac omnibus ſuis pertinen. prefatis Joanni Comiti de Sutherland Domine Elizabeth Campbell ſue ſponſe ac eorum alteri diutius viven. in conjuncta infeodatione et heredibus inter ipſos legitime procreatis ſeu procreandis quibus deficien. legitimis et propinquioribus hæredibus dicti Comitis quibuſcunque ſeu aſſignatis de nobis et ſucceſſoribus noſtris in feodo et hereditate imperpetuum per omnes rectas metas ſuas antiquas et diviſas prout jacent in longitudine et latitudine in boſcis planis moris mareſiis viis ſemitis aquis ſtagnis rivulis pratis paſcuis et paſturis molendinis multuris et eorum ſequelis aucupationibus venationibus piſcationibus petariis turbariis carbonariis lignis lapicidiis lapide et calce fabrilibus braſinis brueriis et geneſtis cum curiis et earum exitibus herezeldis bludewitis et mulierum marchetis cum communi paſtura libero introitu et exitu ac cum omnibus aliis et ſingulis libertatibus commoditatibus proficuis et aſiamentis ac juſtis pertinen. ſuis quibuſcunque tam non nominatis quam nominatis tam ſub terra quam ſupra terram procul et prope ad prædict. terras et comitatum cum turre fortilicio tenen. tenan. et libere tenen. ſervitiis piſcariis tam in aquis recentibus quam ſalſis partibus pendiculis lie outſetis advocatione donatione et jurepatronatus eccleſiarum beneficiorum et capellaniarum dicti comitatus et omnibus ſuis pertinen. ſpectan. ſeu juſta ſpectare valen. quomodo libet in futurum adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia ſicut dictus noſter conſanguineus Johannes Comes de Sutherland vel predeceſſores ſui prenominatas terras comitatus de Sutherland cum turre et fortilicio de Dunrobin tenentibus tenandriis et libere tenen. ſervitiis piſcariis tam in aquis recentibus quam ſalſis partibus pendiculis advocatione donatione et jurepatronatus eccleſiarum et capellaniarum ac beneficiorum dicti comitatus ac omnibus ſuis pertinen. de nobis vel predeceſſoribus noſtris ante prefatam reſignationem nobis inde fact. liberius tenuit ſeu poſſedit tenuerunt ſeu poſſederunt REDDENDO inde annuatim dict. Joannes Comes de Sutherland Domina Elizabeth Campbell ejus ſponſa eorum alter diutius vivens hæredes ſui ac aſſignati predict nobis et ſucceſſoribus noſtris jura et ſervitia hujuſmodi terrarum Comitatus de Sutherland cum turre et fortilicio de Dunrobin tenentibus tenandriis et liberetenen. ſervitiis piſcariis tam in aquis recentibus quam ſalſis partibus pendiculis lie outſetis advocatione donatione et jurepatronatus eccleſiarum beneficiorum et capellaniarum dicti comitatus ac omnibus ſuis pertinen. ante dictam reſignationem nobis inde fact debita et conſueta. In cujus rei teſtimonium huic preſenti cartæ noſtræ magnum ſigillum noſtrum apponi precepimus teſtibus reverendiſſimo in Chriſto patre Gavino Archiepiſcopo Glaſguen et dilectis noſtris conſanguineis Georgio Comite de Huntly Domino Gordon et Bazenach et Cancellario noſtro Archibaldo Comiti Ergadie Domino Campbell et Lorne et Malcolmo Domino Fleming Magno Camerario venerabili in Chriſto patre Joanne Abbate Monaſterii noſtri de Paſleto Theſaurario noſtro dilectis familiaribus noſtris magiſtris Jacobo Foulis de Colintoun noſtrorum rotulorum regiſtri ac conſilii clerico Thoma Bellinden de Auchnoule noſtre Juſticiarie clerico et Jacobo Hamiltoun de Stanhous et noſtre Cancellarie Directore. Apud Edinburgh ſexto die menſis Auguſti anno Domini milleſimo quingenteſimo quadregeſimo ſexto et regni noſtri quarto.

NUMB. VII.

Charter 23d March 1580, *by King* James VI. *to* John *Maſter of* Sutherland.

JACOBUS Dei gratia Rex Scotorum omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ clericis et laicis ſalutem. Sciatis nos cum aviſamento et conſenſu dominorum ſecreti conſilij dediſſe conceciſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe dilecto noſtro Joanni magiſtro de Sutherland filio et heredi apparenti dilecti conſanguinei et conſiliarij noſtri Alexandri Sutherlandiæ Comitis *heredibus ſuis et aſſignatis hereditarie* totum et integrum Comitatum Sutherlandiæ ac omnes et ſingulas terras ejuſdem Comitatus cum caſtro de Dunrobin ac cum annexis dependentiis tenentibus tenandrijs et libere tenentium ſervitijs lie outſettis molendinis piſcarijs tam in aquis ſalſis quam recentibus advocationibus et donationibus eccleſiarum et capellaniarum earundem et ſuis pertinentijs jacen. infra vicecomitatum noſtrum de Invernes quiquidem Comitatus et terræ ejuſd. cum caſtro et alijs ſupraſcriptis ad prefatum Alexandrum Sutherlandie Comitem perprius hereditarie pertinuerunt et quem idem in manibus noſtris tanquam in manibus domini ſuperioris ejuſdem perſonaliter apud Haliruidhouſe per fuſtim et baculum ſurſum reddidit pureque et ſimpliciter reſignavit ac totum jus et clameum proprietatem et poſſeſſionem quæ ſeu quas in et ad eaſdem habuit habet ſeu quoviſmodo in futurum habere poterit renunciando eiſdem pro ſe et hæredibus ſuis imperpetuum TENENDUM ET HABENDUM totum et integrum prefatum Comitatum Sutherlandie ac omnes et ſingulas terras ejuſdem cum dicto caſtro de Dunrobin et cum annexis dependentijs tenentibus tenendrijs et libere tenentium ſervitijs lie outſettis molendinis piſcarijs tam in aquis ſalſis quam recentibus advocationibus et donationibus eccleſiarum et capellaniarum earundem et ſuis pertinen. prenominato Joanni magiſtro de Sutherland *hæredibus ſuis et aſſignatis* de nobis et ſucceſſoribus noſtris in feodo hereditate et libero Comitatu ut prius in perpetuum per omnes rectas metas ſuas antiquas et diviſas prout jacent in longitudine et latitudine in domibus edificijs, &c. Adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia ſicut dictus Alexander Sutherlandie Comes aut quivis ejus predeceſſores eundem Comitatum et terras ejuſdem cum caſtro et alijs ſupra ſcriptis de nobis et predeceſſoribus noſtris ante prefatam reſignationem tenuit ſeu poſſedit tenuerunt ſeu poſſederunt abſque alio obſtaculo revocatione aut contradictione quacunque REDDENDO inde annuatim memoratus Joannes magiſter de Sutherland *hæredes ſui et aſſignati* nobis et ſucceſſoribus noſtris jura et ſervitia nobis et predeceſſoribus noſtris de antedicto Comitatu terris ejuſdem caſtro Molendinis piſcariis et ceteris ſupra ſcriptis ante prefatam reſignationem debitis et conſuetis ſalvo tamen et reſervato memorato Alexandro Sutherlandie Comiti libero tenemento ſeu vitali redditu totius et integri prefati Comitatus et terrarum ejuſdem cum dicto caſtro de Dunrobin ac cum annexis dependentijs tenentibus tenandrijs libere tenen. ſervitijs molendinis piſcarijs lie outſettis advocationibus et donationibus eccleſiarum et capellaniarum earundem pro toto tempore vite ſue in cujus rei teſtimonium, &c. Apud Halyrudhous

rudhous viceſimo tertio die menſis Martii anno domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ac regni noſtri decimo quarto.

NUMB. VIII.

Inſtances of Female Succeſſion, in early Times, taken from antient Manuſcripts and Cartularies.

Inſtance I. 1234. *ALLAN* Lord of *Galloway* died, leaving three daughters; 1. the wife of *Roger de Quincy*, Earl of *Wincheſter*; 2. the wife of *John de Balliol*; 3. the wife of the Earl of *Albemarle*'s ſon. Among thoſe daughters the eſtate of *Allan* Lord of *Galloway* was divided. The natives of *Galloway*, inclining to have one inſtead of three ſeveral Lords, requeſted *Alexander* II. to aſſume the Lordſhip to himſelf, in prejudice of the co-heireſſes; but that juſt Monarch rejected their requeſt—On this the natives, headed by a baſtard ſon of *Allan*, roſe in rebellion, and waſted the neighbouring country: the King led an army againſt them, ſubdued them, and left the eſtate to be divided equally among the three daughters.—*Chron. de Melros, ad an.* 1234.

In 1246, the third daughter died without iſſue, and her ſhare devolved to the eldeſt daughter the Counteſs of *Wincheſter*.—*Math. Paris, p.* 477, *edit.* 1644.

By the death of the Counteſs of *Wincheſter*, without iſſue, the Lordſhip of *Galloway* was again conſolidated in the perſon of *Dervogilla*, the wife of *John de Baliol.*

Inſtance II. In the 12th century *Roger de Scalebroe* granted to the monaſtery of *Melros* the lands of *Drumcleiſmene*, and other lands, with his ſalmon fiſhing in the river of *Don* [*Doun* in *Airſhire*]—*Chart. Melros, fol.* 46 *and* 48.

The grant of the lands was confirmed by *Henricus filius Turſte, filii Leving, et Maria uxor ejus* filia et hæres *Rogeri de Scalebroe.—Char. Melros, fol.* 47.

The grant of the fiſhing was confirmed by *Roderic M'Gilleſcop* and his wife, "Chriſtiana filia Rogeri de Sca-"lebroe."—*Ibid. fol.* 48.

Here there is an example not only of female heirs, but of heirs parceners.

Between 1195 and 1234 *Elene de Morevil* granted certain lands to the monaſtery of *Melroſs*, in exchange for certain lands which *William of Morevil*, her brother, had deviſed to them by his laſt will. The grant contains 'Et ipſi monachi remiſerunt *mihi et hæredibus meis* omnem calumniam quam habuerunt contra nos.'—"Alanus "filius Rollandi, Conſtabularius regis Scotorum," confirmed this grant made by his mother *Helen de Morevil.—Char. Melros, fol.* 56.

1185. *Eſchina de Londonijs* made a grant of the church of *Molle* to the monaſtery of *Kelſo.*—"Cecillia de "Molle, filia Eſchine de Molle" (the perſon laſt named) made another grant to the ſame monaſtery of certain lands "in dominio meo de Molle"—*Ch. Kelſo, fol.* 56 & 57.

1246. *Alexander* II. in the 32d year of his reign confirmed a grant made to the monaſtery of *Aberbrothock*, by "Richenda filio et hæres Unfridi de Berkely"—*Chart. Aberbrothock, vol.* 1. *fol.* 28.

. Between 1248 and 1268, *Thomas de Rettre miles*, as attorney for *Chriſtina* his wife, ſurrendered her right to the lands of *Kincoldrum* in favour of the monaſtery of *Aberbrothock*; and ſhe conſented to this ſurrender. There is a penalty provided, if *Thomas* or his wife, "*vel aliquis vel aliqua hæredum*" ſhould call the ſurrender in queſtion.—*Chart. Aberbrothock, vol.* 1. *fol.* 127, 128.

I. In 1238, "Muriel de Rothes filia quondam Petri de Pollock," granted a mill and Mill-dam to the hoſpital of St. *Nicholas.*—She alſo granted to the ſame hoſpital, her lands of *Innerorkill.—Eva*, "domina de Rothes," confirmed her mother's grant.—*Chart. Moravienſis, vol.* 1. *fol.* 71.

II. Between 1253 and 1298, *Eva*, domina *de Rothes*, granted the lands of *Innerlochy* to the cathedral church of *Murray.*—This is plainly the ſame lady who inherited the lands of her mother *Muriel de Rothes*, who again inherited the lands of her father *Peter de Pollock.—Chart. Moravienſis, vol.* 1. *fol.* 49.

. In 1345, *David* II. in the 15th year of his reign, confirmed a charter of the lands of *Brakie* and others, granted by *Margaret Seneſcalli* Comitiſſa de Angus *domina de Abernethy*, to the monaſtery of *Aberbrothock*, "pro ſalute "animæ domini mei Johannis Seneſcalli quondam Comitis de Angus," the Counteſs warrants her donation thus: "*ego vero et hæredes mei* defendemus, &c."—*Cb. Aberbrothock, vol.* 1. *fol.* 137.

1361. In a grant made by the biſhop of *Murray*, mention is made of "ſex acræ ex dono Suſannæ et Edæ *ſororum et hæredum* veteris caſtri.—*Cb. Morav. vol.* 1. *fol.* 97.

. 1387. The monaſtery of *Aberbrothock* granted a charter of the lands of *Forglen* to *John Fraſer*, "et hære-"dibus ſuis de corpore ſuo legitime procreand.—quamquidem terram Gilbertus Urry et Johanna ſponſa ejus, "hæres quondam Marjoriæ ſponſæ Johannis Fraſer *filiæ et hæredis* quondam Domini Johannis de Monimuſk "militis nobis per fuſtem et baculum reddiderunt." *Here* are two ſucceſſive female heirs,—*viz. Joan* the heir of *Marjory Fraſer*, and *Marjory* the daughter and heir of *John de Monimuſk miles.—Malcolm de Monimuſk*, in all probability the immediate anceſtor of *John*, had a grant of thoſe very lands from the monaſtery in 1314: The grant is conceived "eidem Malcolmo et hæredibus ſuis."—*Cb. Aberbrothock, vol.* 2. *fol.* 12.

I. Between 1397 and 1406, *William* Biſhop of *Murray* granted a charter "Johanni de Dalas-more et Megotæ "de Moravia." It recites, "Quod nos dimidiam Davatam de Mydilhalch poſt mortem Johannis de Mora-"via ultimi tenentis ejuſdem in manus noſtras ſaiſiri et cognoſci fecerimus et per aliquod tempus tenuerimus "tandem Megota de Moravia filia dicti Johannis et *hæres univerſalis et unica*," underſtanding that her father's right was dubious in law, reſigned the ſaid lands to the Biſhop and Chapter.—*Cb. Morav. fol.* 71.

In

Inſtance XIII. In 1454 the monaſtery of *Aberbrothock* granted to " Jacobus Forbes de eodem miles wardam noſtram de " Auchnes, vacantem per mortem Marietæ Meldrum *Dominæ ejuſdem* ſponſæ quondam Will. de Seton donec et " quouſque *filius et hæres vel filia* Dominæ anted. ad legitimam pervenerit etatem."—Here is one female heir who had exiſted, and a ſpecial proviſo in the event of another female heir's coming of age.—*Char. Aberbrothock, vol. 2. fol. 44.*

Inſtance XIV. Grant of lands to the monaſtery of *Kelſo* by *Willielmus de Hawdene Dominus de Kirk-ye-tame* with this clauſe, " et ſi contingat aliquem filium vel *filiam* hæredem vel ſucceſſorem mihi prædictum factum meum infringere, " &c." *Ch. Kelſo, fol. 176.*

Inſtance XV. Grant of lands to the monaſtery of *Kelſo* by *Alicia de Gordun filia et hæres*, " quondam Domini Thomæ de " Gordun militis junioris."—It confirms grants made by her great grandfather *Richard*, by her grandfather *Thomas*, and by her father *Thomas*. *Ch. Kelſo, fol. 43.*

APPENDIX
TO THE
CASE
OF
ELIZABETH,
(Claiming the Title and Dignity of)
COUNTESS of SUTHERLAND.